



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XCI. Markgraf Woldemar vereignet demselbsten gewisse Hebungen aus
Langenfalzwebel und Kl. Mohrungen, die Gerhard von Kerjow zur Feuer
des Tages der 10000 Ritter gewidemt hat, am 24.Mai 1318

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

XCI. Markgraf Woldemar vereignet demselben gewisse Hebungen aus Langensalzwedel und Kl. Mohrungen, die Gerhard von Kerkow zur Feier des Tages der 10000 Ritter gewidmet hat, am 24. Mai 1318.

— Nos Woldemarus, dei gracia Brand. et Lufac. Marchio, ad instantiam deuotam honesti militis nostri, Domini gherardi de kercowe dedimus — honorabilibus uiris preposito decano et capitulo Ecclesie sancti Nicolai in Stendal et ipsi ecclesie proprietatem decem solidorum in villa Langensoltwedel et decem solidorum in villa parua Mörunge denariorum Brand., quod quidem talentum dictus miles donauit dicte Ecclesie et personis perpetuis temporibus possidendam, in remedium et salutem amine sue sempiternam, jta quod ipsi canonici presentes perpetuo diem sanctorum decem milium militum martirum peragent sollempni officio fietque distribucio dicti talenti inter presentes canonicos. — (Uebrigter Inhalt, Zeugen, Ort und Zeit der Ausstellung wie oben.)

XCII. Der Markgraf Woldemar legt vier Wispel Getreidehebung, welche er im Jahre 1314 zum Altar des h. Stephan vereignet hat, dem Altare des h. Michael bei, am 23. Juni 1318.

— nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie et de Landesberge Marchio, licet alias proprietatem quatuor frustorum reddituum, quorum duo chori frumenti in villa Scharthowe, vnus in villa Gryben Et vnum Talentum denariorum brandenburgensium in villa bucholte siti sunt, quos discretus uir dominus Hermannus Thuringus, sacerdos conparauit, altari sancti Stephani sito in Ecclesia sancti Nycholai in Stendal donassemus; Tamen ad precum instanciam Honorabilium uirorum dominorum Ségeri prepositi ac Thiderici de Luderizs, decani Ecclesie Sancti Nycholai Stendalensis predictae, cum assensu dicti domini hermanni Thuringi, ipsa quatuor frusta reddituum Altari sancti Michaelis Archangeli in predicta ecclesia sancti Nycholai constructum, Cuius redditus adeo tenues existunt, quod sacerdos ipsum officians, non possit sustentari, ut dicebant, Appropriamus. — Testes huius sunt Nobilis uir Ghunterus comes in Lyndowe, Euerardus prepositus in berlin, Gherardus de Kerkowe, Bartoldus de buzst, Gheron de yrkfleue milites ac flotheko nostre curie prothonotarius et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Castro nostro Tangermund, Anno domini Millesimo Trecentesimo Decimo octauo, in Vigilia beati Johannis baptiste et precursoris domini, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum.

XCIH. Markgraf Woldemar vereignet der Kirche zu Peulingen die ihr von dem Bürger Walto geschenkte Hebung von 1 Wispel Getreide in Ostheren, am 20. März 1319.

In nomine domini Amen. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, recognoscimus et in perpetuam volumus noticiam peruenire, quod propter deum et instanciam deuotam henningi de bruncow nostri militis dedimus et sollempni donacione donamus Ecclesie in villa Peweling proprietatem vnus chori dari frumenti siti in Ostherren, quem dictus walco cuius